

ferrere & ur.

.III.

**S**ed nerursus putet. Ad sensibilia & corporalia hoc esse vestendum. Accipe quia sic descendit & sp̄s. quem ad modum descensurus est xp̄s. Nam & ipse cum uirtute descendit. sicut habet. Et uidebunt filium hominis. uenientem in nubibus caeli. In uirtute maxima & maiestate. Quomodo enim non est una uirtus. atq; eadem potestas. cum unum opus. unum iudicium. unum templum. una uiuificatio. una sc̄ificatio. unū & iam regnum sit patris & filii & sp̄s sc̄i. Dicant enim. in quo dissimilitudinem diuini operis arbitrentur. Quando quidem sicut uita est cognoscere patrem & filium. quem admodum ipse dñs de clara uita dicens. Haec autem est uita aeterna. ut cognoscant te solum uerum d̄m. & quem misisti ihm xp̄m. Ita & iam uita est cognoscere sp̄m sc̄m. Dicit enim dñs. Si diligitis me. mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem. & alium paraclitum dabit uobis. ut maneat uobiscum in aeternum. sp̄s ueritatis. quem mundus non potest accipere. quia non uidet eum nec cognoscit. Vos autem scitis eum.